

ctorum Apostolorum quinta insultat columpna; quo in capite Angelus eneus est, et Constantinus genuflexus hanc urbem in manu sua offert.

Hec autem ecclesia magna atque magnifica fuisse cernimus. In qua sepulcra imperatorum porfiria sunt coadunata, una cum illo imperatoris Constantini; et hic est columpna in qua Christus fuit ligatus, in altum collocata. Prope ad miliare quartum est monasterium Pandocratora dictum, latine Omnipotens nuncupatur; in quo est lapis ubi Joseph revolvit Christum in sindone. Ultra per unum miliare ecclesia sancti Johannis de Petra; in qua sunt vestimenta Christi, videlicet arundo, spongia cum lancea, in unum conservata. Sunt denique per urbem innumerae ecclesie atque cisterne mire magnitudinis et industrie fabricate, sicut sancta Sophia, que est principalior aliis et Justinianus in xv annis illud explevit opus; sanctus Gregorius de Mangana; sancta Herini; sanctus Lazarus; Chiramas, idest domina nostra; Enea nobilissima mosaïcorum omnium aliarum; Petrusque Paulus, magna hedifitorum et vetusta ecclesia nimis; sancti xl martires, que quasi ad desolationem est perventa, subter qua videmus immensurabilem cisternam plenam aque et vaste amplitudinis; Anastasis, latine resurrectio, in monte atque in alto nimis elevata; Perileftos, latine sancta Maria de Belvedere

stolorum quinta insultat columpna; cuius in capite Angelus eneus est, et Constantinus genuflexus hanc urbem in manu sua offert.

Hanc autem ecclesiam magnam atque magnificam fuisse cernimus. Ibi sepulcra imperatorum porfiria sunt coadunata, una cum illo imperatoris Constantini; et hic etiam est columpna in qua Christus fuit ligatus, in altum collocata. Prope ad miliare quartum est monasterium Pandocratora dictum, latine Omnipotentis nuncupatur; in quo est lapis ubi Joseph revolvit Christum in sindone. Ultra per unum miliare ecclesia sancti Johannis de Petra; in qua sunt vestimenta Christi, videlicet arundo, spongia cum lancea, in unum conservata. Sunt denique per urbem innumerae ecclesie, sicut sancta Sophia, que est principalior aliis, quod opus Justinianus in quindecim annis explevit; Sanctus Georgius de Mangana; Sancta Herini; Sanctus Lazarus; Chiramas, idest Domina nostra; Enea nobilissima, musicis fabricationibus omnium aliarum; Petrusque Paus, magna magna et vetusta ecclesia nimis; Sancti Quatraginta martires, que quasi ad desolationem est perventa, sub qua videmus vastam cisternam magne amplitudinis; Anastasis, latine Resurrectio, in monte elevata; Perhilestos, latine Sancta Maria de Belvedere nuncupatur; Sanctus Johannes de Studio; Sanctus Andreas; Vlacherna, la-

columpna: quo in capite Angelus eneus est, et Constantinus genuflexus urbem in sua manu ibi presentat.

Hec autem ecclesia magna atque magnifica fuisse cernitur. In qua sepulcra imperatorum et multa porfiria sunt, una cum illo Constantini; et hic etiam columpna in qua Christus fuit ligatus; et est in altum posita. Prope ad quartum miliare est monasterium Pandocratori, idest Omnitene, in quo est lapis ubi Joseph revolvit Christum in sindone. Ultra per unum miliare ecclesia sancti Johannis de Petra; in qua sunt vestimenta Christi, arundo, spongia cum lancea, in unum conservata. Sunt autem per civitatem innumerae ecclesie atque cisterne mire magnitudinis et industrie fabricate, sicut sancta Sophia; sanctus Georgius de Mangana; sancta Herini; Chyramas; Enea; Petrusque Paulus; sancti Quatraginta; sancta Resurrectio, dicta Anastasis; Perileftos, idest sancta Maria de Belvedere; sanctus Johannes de Studio; sanctus Andreas; et Vlacherna, idest sancta Domina de Valle. De aliis vero mentionem non facio, quia in tanta copia ubique hedificate remanent et una pulchrior altera, quod longum esset enarrare.